

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Iohannes Caesarius, Capnioni suo salutem

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REVCH. LIBER SECVND.

Οὐ λήσεις γε θεοὺς φύσιν ἔχει ταῦτα ποιήσας πονῶν οὐ ἦσεις.
 Irrisit me homuncio, tanquam cōsiliū iuuenile dedissem, quod
 & si erat non pœnitendum tamen euentus docuit, Cæterum Vni
 uersitas aut nostræ urbis studiū nil aduersus te attentauit, ni Vni
 uersitatem soli Theologi, si sic appellari debeant, constituent. Sed
 hæc hætenus. Vnum tantum oro, si puer seni sapiēti cōsiliū da
 re debet, te consoletur, q̄ tuum & nomen & decus posteritas nun
 quam silebit, gloriamq; tuam nulla delebit obliuio. Paucis etiam
 datum esse ad tale summæ sapientiæ fastigium, in quo deiecto Pa
 linuro tanquam Aeneas clauum tenes, peruenire posse. Plurimos
 autem esse qui alienæ gloriæ inuideant, idq; exemplis tibi decla
 rare, quid aliud quàm *Δαίκα εἰς ἀθῆνας*. Vale nūquam intermo
 riture Senex, & literarū decus. Agrippinæ *ἐκ τῶ πῶν μουσῶν οἰκίῳ*.
 Anno M. D. XIII. Quarto Non. Ianuarias.

Iohannes Cæsarius, Capnioni suo
 Salutem.

DOCTOR Martinus Groningus patria Bremensis, ubi ex
 Vrbe Coloniam rediit, ad me diuertit, atque per mensem
 fere in ædibus meis uersatus & hospitatus est. Interim ne di
 es quidem fuit in quo non de te commentati fuerimus. Multi
 quoque ob eandem causam ad nos uenerunt, ut quanquam aliās
 certi esse poterant de causæ tuæ in Vrbe tractatu, ex illo tamen
 planius intelligerent, inter quos quadam nocte simul eramus præ
 cipue Illustris Nouæ Aquilæ Comes, Iohannes Capellarius alias
 de Regio Pago, & Henricus Monoceros alias de Vuesalia, totam
 illam noctem tecum transegimus. Credo mi Capnion, neque fa
 tis neque humano cōsilio euenisse, sed diuina potius prouidētia,
 ut talis tantaque controuersia inter te & Theosophistas aduersari
 os tuos suboriretur, quando alioqui quisquis alius is fuisset præter
 te, succubisset omnino, & si non uirtute, multitudine tamen, &
 turba superatus. Ita nec potest falli **DEVS**, nec fallit unquam.

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

Doct̃or Sesseler cū hinc aliō migraturus esset, id quod dolēt̃ aīo
fero, quippe qui uir est optimus & integerrimus, priusq̃ proficisce
retur me commonuit, ut sibi uel epistolium aliquod ad te darem
Quod equidem feci q̃ libentissime, non tam eius q̃ & mea ipsius
causa. Sic enim tibi semper commendari cupio. Reliquit & nos
paulo ante Phugius noster, homo non tui modo studiosissimus,
ut certe est, sed & omni ū doct̃issimorum hominum, ut & ipse est.
Ei ad Pyrkeimerum nostrum, rarum inter germanos miraculum
litteras dedi, quibus & illi indicauī apud nos libellum Nazareni
Theologi Cæsareæ Maiestati destinatum excudi, quē & adhorta
tus una sum, uti Dialogum illum Luciani de quo aliās mihi scri
psit titulo Piscator seu Resuscitati in lucē tandem quādo scilicet
& ipse mores fere exprimit, quibus nostri Theosophistæ in doct̃is
simum quenq̃ utūt̃ur. Accepi ab Erasmo nostro litteras his diebus
in quibus tui quoq̃ mentionē facit, & de duobus opusculis a se cō
fectis in tuam credo laudem. Itaq̃ ubique a probis amaris & cole
ris unice, unicum & singulare literarum deus. Vale. Colonia VI.
ID. Septembris.

Hermannus Buschius Pasiphilus, Ioanni Reuchlin
Phorcenti.

SALVTEM & optatam uictoriam, quam ominari & preca
ri tibi non desistam, quoad eius te compotem effectū cogno
uero. Quod spero etiam citius mea & omnium amicorum
expectatione futurum, o si uideres nūc ora & uultus Theologista
rum, talis est furientis inuidiæ species, talis est insanis delirantis
uiua effigies, Inflat̃is buccis contrahunt supercilia, caperant fron
tem, lumina tragica quadam toruitate horrificant, pallent, rubēt̃
stupent, gemunt, striduntq̃ dentibus. Quidē quod tanta bile tan
raq̃ perturbatione concitantur, ut etiam impiis quandoq̃ uoci
bus non abstineant. Nam modo Reuerendissimum Cardinalem
Grimanum ut indoctum cauillantur, modo ut semper suspectum
infamant. Præterea audent aperte iactare peruersissimi homines
nisi secundum se pronūciatum in Vrbe fuerit, ab ecclesia & sum
mo eius Pontifice se defecturos, & schisma nouum suscituros.
Alii ad futurum Cōcilium prouocatos se minantur. Alii dicit̃